



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

14 Io. Stephanus Ferrerius Episcopus Vercellensis laudatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

interesse debent, ut *ibid. sub tit. Tarvisin. c. ex ore. de privil. & Innoc. in c. quia super. de majorit. & obe.* eodemque ordine quo supra in Concilio Provinciali Episcoporum inferiores federe debent.

14 Muneris hujuscemodi memor Dominus meus Io. Stephanus Ferrerius, qui trigesimo primo ætatis suæ anno ecclesiæ Vercellen. gubernatione suscepit, episcopali virtutum studio florens, admodum salutarem, ecclesiasticæque disciplinæ valde accommodatum, & utilem usum cogendi quotannis Synodum diœcesanam ex sanctorum Patrum institutis ad facti Concilij Tridentini præscriptum, quantum in se est, retinere volens, ac conservare, ut *d. c. 2. s. Synodi. quoque, de reform. sess. 24. c. d. Concilij, & c. quondam quidem, 18. dist. primo sui Episcopatus anno in sua Cathedrali basilica Synodum convocavit, in qua nihil non egit, nihil non attigit, quod ad cleri, & populi sibi commissi Christianam, ecclesiasticamque disciplinam retinendam, atque augendam spectare judicavit, ut cap. 1. d. cap. de Concilij, & cap. non oportet, ead. 18. distin. salutariaque decreta in albo ponenda edidit, & promulgavit.*

In eam curam præcipuè incubuit, ut clericorum seminarium ante plures annos pie erectum in perfectiori forma constitueretur, ideoque illud non tantum in necessaria novæ fabricæ instauratione ad decentiorem, & commodiorem statum reduxit, adhibita etiam novi oratorij constructione, verum etiam minorum numerum augendo, eorumque munera singillatim, & accuratè præscribendo, plurimæque alia ad ejusdem seminarij perfectam directionem accomo-

data obeundo, ut omni ratione propagaretur, juxta dispositionem Concil. Trid. cap. 18. de reform. sess. 23.

Certumque locum delegit, ubi clerici in sacris constitutioni collegiatim vivere possint, ut ad presbyteratus ordinem assumendi, deque parochialibus providendi, ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta, atque ad casuum conscientiæ cognitionem instructi, & edocti, diligenti examine præcedente, comprobentur, & admittantur, juxta ejusdem facti Concilij Tridentini dispositionem, ut *cap. 14. sess. 23. cap. 18. sess. 24. & cap. 9. sess. 25. de reform.*

Præterea, ut factis reliquiis, quæ plurimæ in supradicta ecclesia, & insignes habentur, debita veneratio, & cultus adhibeatur, ut per Concil. Trid. de invoc. vener. & reliq. sanct. s. sanctorum quoque, sess. 25. & cap. unic. eod. tit. in 6. amplum, & decentissimum reliquiarium loco eminenti pro illis recondendis impensa non parva construendum curavit. Cætera taceo, quæ in Episcopali solitudine jugiter aggreditur, non sine magna ovium sibi crediturum consolatione, & utilitate.

15 Episcopus verò in eadem Synodo potest constitutiones facere absque consensu capituli, & cleri, licet requirendam sit ejus consilium, præterquam in casibus quibusdam à jure expressis, ut in decis. super eod. cap. sub tit. Vercellen. & alia sub tit. Trid. Vercellen.

Quoniam autem concilia tam generalia, quam provincialia, & diœcesana celebrantur præcipuè pro animarum salute procuranda, scandalis obviandis, & moribus reformandis, patumque esset concilio-